

tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conversantium effecti.

34. Nam & vincis comparsi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscetes vos habere meliorem, & manentem substantiam.

35. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.

36. Patientia enim vobis necessaria est: ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.

37. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit.

*Hab. 2. 4. 38. * iustus autem meus ex fide vivit.
 Rom. 1. 17. quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.
 Gal. 3. 11.

39. Nos autem non fumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.

CAPUT XI.

Quid sit fides. Ea est spei nostra fundamentum. Sancti patriarche & prophete quanta passi sunt pro fide ruenda.

1. **E**ST autem fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium.

2. In hac enim testimonium consecuti sunt senes.

* Gen. 1. 3. 3. * Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei: ut ex invisibilibus visibilia fierent.

* Gen. 4. 4. 4. * Fide plurimam hostiam Abel, quam
 * Matth. Caïn, obtulit Deo, * per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.

* Gen. 5. 5. * Fide Henoch translatus est ne videret mortem, & non inveniebatur: quia
 Eccli. 44. 16. transtulit illum Deus: ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo.

6. Sinè fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

* Gen. 6. 7. * Fide Noë responso accepto de iis,
 14. quæ adhuc non videbantur, metuens
 Eccli. 44. 17. apravit arcam in salutem domus suæ, per quam damnavit mundum: & iustitiæ, quæ per fidem est, heres est institutus.

* Gen. 12. 8. * Fide qui vocatur Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: & exiit, nesciens quid iret.
 9. Fide demoratus est in Terra repro-

missionis, tamquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem.

10. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem: cuius artifex, & conditor Deus.

11. * Fide & ipsa Sara sterilis virtutem
 19. in conceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidem credidit esse eum, qui repromiserat.

12. Propter quod & ab uno orti sunt (& hoc emortuo) tamquam sidera cæli in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris, innumerabilis.

13. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confidentes quia peregrini, & hospites sunt super terram.

14. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.

15. Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi.

16. nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum: paravit enim illis civitatem.

17. * Fide obtulit Abraham Isaac, cum
 1. tentaretur, & unigenitum offereret, qui
 Eccli. 44. 21. susceperat repromissiones;
 * Gen. 21. 12. ad quem dictum est: * Quia in Isaac
 Rom. 9. 7. vocabitur tibi semen:

19. arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus: unde eum & in parabola accipit.

20. * Fide & de futuris benedixit Isaac
 27. 39. Iacob, & Esau.

21. * Fide Iacob, moriens, singulos
 15. filiorum Ioseph benedixit: * & adoravit
 * Gen. 47. 31. fastigium virgæ eius.

22. * Fide Ioseph, moriens, de professione filiorum Israël memoratus est, &
 23. de osibus suis mandavit.

23. * Fide Moyses, natus, occultatus
 * Exod. 2. 2. est mensibus tribus à parentibus suis, eò quod vidissent elegantem infantem, * &
 * Exod. 1. 17. non timuerunt regis edictum.

24. * Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filiarum Pharaonis,
 * Exod. 2. 11.

25. magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem,

26. maiores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum, impèrium Christi: aspiciēbat enim in remunerationem.

27. Fide reliquit Ægyptum, non veri-

ritus animositatem regis: invisibilem enim tamquam videns sustinuit.

* Exod. 12. 28. * Fide celebravit Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiva, tangeret eos.

* Exod. 14. 29. * Fide transierunt Mare rubrum tamquam per aridam terram: quod experti Ægyptii, devorati sunt.

* Iosue 6. 30. * Fide muri Iericho corruerunt, circumitu dierum septem.

* Iosue 2. 3. 31. * Fide Rahab meretrix non periiit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.

32. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, David, Samuël, & Prophetis:

‡ DE PL. 33. qui per fidem vicierunt regna,
 MART. operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obtulerunt ora leonum,

34. extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra vertierunt exterorum:

35. acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alii autem distenti sunt non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem.

36. Alii verò ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres:

37. lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti:

38. quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ.

39. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem,

40. Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarerentur.

CAPUT XII.

Propositis Christi & Sanctorum exemplis, eos adhortatur ad tolerandas afflictiones, ad pacem, concordiam, & sanctitatem.

1. **I** Deoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, * deponentes omne pondus, & circumstantes nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen:

2. aspicientes in Auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet.

3. Recogitate enim eum, qui talem

sustinuit à peccatoribus adversum semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini, animis vestris deficientes.

4. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes:

5. & obliti estis consolationis, quæ vobis tamquam filiis loquitur, dicens: * Filii
 * Prov. 3. 11. mi, noli negligere disciplinam Domini:
 Apoc. 3. 19. neque fatigēris dum ab eo argueris.

6. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit.

7. In disciplina perseverate. Tamquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater?

8. Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filii estis.

9. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reverebamur eos. non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, & vivemus?

10. Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id, quod utile est in recipiendo sanctificationem eius.

11. Omnis autem disciplina in presentia quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ.

12. Propter quod remissas manus, & soluta genua, erigite,

13. & gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

14. * Pacem sequimini cum omnibus,
 * Rom. 12. 18. & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum:

15. contemplantes nequis desit gratiæ Dei: nequa radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per illam inquinentur multi.

16. Ne quis fornicator, aut profanus
 * Gen. 25. 33. ut Esau: qui propter unam escam vendidit primitiva sua:

17. scitote enim quoniam
 * Gen. 27. 38. & postea cupiens hereditate benedictionem, reprobatus est: non enim invenit penitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam.

18. * Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam,
 * Exod. 19. 12. & 20. 21.

19. & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusaverunt se, ne eis fieret verbum.

20. Non enim portabant quod dicebatur:
 Hhhhh 2 Et

*Exod. 19.
13.

*Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur.
21. Et ita terribile erat quod videbatur.
Móyses dixit: Extérritus sum, & tremebundus.

22. Sed accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei vivéntis, Ierúsalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam,

23. & Ecclesiám primitivorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & spíritus iustorum perfectorum,

24. & testaménti novi mediátorem Iesum, & sanguinis aspersiónem meliùs loquentem quàm Abel.

25. Videte ne recusétis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur: multò magis nos, qui de cælis loquentem nobis avértimus.

*Agg. 2.7.

26. cuius vox movit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: * Adhuc semel: & ego movébo non solum terram, sed & cælum.

27. Quòd autem, Adhuc semel, dicit: declárat mobilitatem translatiónem tamquam factórum, ut manéant ea, quæ sunt immobília.

28. Itaque regnum immóbile suscipientes, habemus grátiam: per quam serviámus placéntes Deo, cum metu & reveréntia.

*Deut. 4.
24.

29. * Etenim Deus noster ignis consumens est.

CAPUT XIII.

Exhortatio ad virtutes verè Christianas; ad charitatem in peregrinos, & afflictos; ad castitatem, obedientiam.

1. **C**HARITAS fraternitatis maneat in vobis.

*Rom. 12.
13.

1. Pet. 4. 9.

*Gen. 18.
3. & 19. 2.

2. * Et hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim * latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis.

3. Mementote vincitorum, tamquam simul vinciti: & laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes.

4. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatōres enim, & adulteros iudicabit Deus.

*Iosue 1.
5.

5. Sint mores sine avaritia, contenti presentibus: ipse enim dixit: * Non te deseram, neque derelinquam.

*Psalm.
117. 6.

6. ita ut confidenter dicamus: * Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

7. Mementote prapósitorum vestrorum,

qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuéntes exitum conversatiónis, imitámini fidem.

8. Iesus Christus heri, & hódie: ipse & in sæcula.

9. Doctrinis variis, & peregrinis nolite abdúci. Optimum est enim grátia stabilire cor, non escis: quæ non profuerunt ambulántibus in eis.

10. Habemus altáre, de quo édere non habent potestatem, qui tabernáculo deseruiunt.

11. * Quorum enim animalium infertur * Lev. 16. sanguis pro peccáto in Sancta per pontificem, horum cõrpora cremántur extra castra.

12. Propter quod & Iesus, ut sanctificáret per suum sanguinem pópulum, extra portam passus est.

13. Exeamus igitur ad eum extra castra, impropérium eius portantes.

14. * Non enim habemus hic manéntem * Mich. 2. civitatem, sed futúram inquirimus. 10.

15. Per ipsum ergo offerámus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nómini eius.

16. Beneficentiæ autem, & communiónis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.

17. Obedite prapósitis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non geméntes: hoc enim non expedit vobis.

18. Oráte pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus benè voléntes conversári.

19. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quòd celérius restituar vobis.

20. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum óvium, in sanguine testaménti æterni, Dóminum nostrum Iesum Christum,

21. aptet vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est glória in sæcula sæculorum. Amen.

22. Rogo autem vos fratres, ut suffératis verbum solátij. Etenim perpaucis scripti vobis.

23. Cognóscite fratrem nostrum Timótheum dimissum: cum quo (si celérius vénerit) videbo vos.

24. Salutáte omnes prapósitos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres.

25. Grátia cum omnibus vobis. Amen.

EPI-

EPISTOLA CATHOLICA
B. IACOBI APOSTOLI.

SEPTEM quæ sequuntur Epistola, Canonica vulgò vocantur, sive quòd aequè ac Paulina, ad Canonem pertineant librorum sacrorum; sive quia Canones, idest regulas ac Præcepta insituenda vitæ Christiana contineant. Olim tamen Catholica potius vocabantur, id est universales, quòd non ad unam civitatem vel personam, sed ad omnes ubique dispersos fideles scripta sint; si tamen secundam ac tertiam Ioannis excipias, ad singulares homines missas. Generale harum Epistolarum argumentum est ut Christianos mores informet, & adversus nascentes hereses Simonis & Nicolai ac similium, qui fidem sine operibus satis esse ad salutem prædicabant, Pauli etiam quibusdam locis abutentes, fideles muniant, bonorum operum necessitatem doceant.

IACOBI esse hanc Epistolam frons ipsa loquitur; sed cuius Iacobi, an eius qui filius Zebedai frater Ioannis fuit, an illius qui Alphai filius & frater Iudæ, dubitavere quidam. At Hieronymus (a) Iacobum fratrem Ioannis auctorem esse huius Epistolæ disertè negat. Et verò, sicut docet Irenæus, (b) serò ceperunt Apostoli doctrinam suam litteris consignare, principio intenti prædicationi verbi, ut illud inscriberent cordibus discipulorum; Iacobus verò ille citò occisus est ab Herode, ut habetur Act. 12. anno circiter post Christi mortem nono. Deinde hac Epistola, sicut & alia Catholica, dirigit intentionem, quemadmodum loquitur Augustinus, contra eos qui Pauli quibusdam sententiis abutebantur. Atqui vivente Iacobo illo, Paulus nondum Gentibus ceperat prædicare, nedum scribere. Ergo huius Epistolæ auctor est alter ille Iacobus Ierosolymitana Ecclesiæ Episcopus, qui inter columnas à Paulo nominatur ad Gal. 2. cuius iniusta cædi, everisionem Ierosolymorum adscribit Iosephus.

(a) In c. 1. Epist. ad Galat.
(b) Lib. 3. advers. heres. c. 1.

Est autem hac Epistola argumento multiplex, multis variisque præceptis referta. Duo tamen agit præcipue. Primum ut Christianos ad modestiam erudiat, à vana confidentia revocet, & ad perendam à Deo sapientiam hortetur. Alterum ut doceat fidem sine operibus nihil ad salutem prodesse, contra quòd iactabant Simoniani recentes tum heretici.

CAPUT PRIMUM.

In adversus gaudendum. Postulanda à Deo sapientia; cum fide orandum; de paupertate, de frenanda lingua; factores legis iustificantur, non auditores tantum: vera religionis nota.

1. **I**acobus Dei, & Dómini nostri Iesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersiõe, salutem.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

* Rom. 5. 3.

2. * Omne gaudium existimáte fratres mei, cum in tentationes varias incideritis:

3. * sciéntes quòd probatio fidei vestræ patientiam operátur.

4. Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti & integri in nullo deficientes.

5. Si quis autem vestrum indiget sapientiá, postulet à Deo, qui dat omnibus affluénter, & non impropérat: & dabitur ei.

6. * Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento movétur & circumfértur.

7. non ergo æstimet homo ille quòd accipiat aliquid à Dómino.

8. Vir duplex ánimo inconstans est in omnibus viis suis.

9. Gloriétur autem frater humilis in exaltatione sua:

10. dives autem in humilitate sua, * quóniam sicut flos sceni transibit:

11. exortus est enim sol cum ardore, & arefecit scenum, & flos eius decídit, & decor vultus eius depéruit: ita & dives in itinéribus suis marcéscet.

12. * * Beátus vir, qui suffert tentationem: quóniam cum probátus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromissit Deus diligentibus se. *

13. Nemo cum tentátur, dicat quóniam à Deo tentátur: Deus enim intentátor malórum est: ipse autem néminem tentat.

14. Unusquisque verò tentátur à concupiscéntia sua abstractus, & illéctus.

15. Deinde concupiscéntia cum concéperit, parit peccátum: peccátum verò cum consummátum fuerit, génerat mortem.

16. Nolite itaque erráre fratres mei dilectissimi.

Hhhhh 3

17. Om-